



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XVII. Ad cap. 3. de Officio Legati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

debat. Inde vir quidam doctus conjicit Johannem Honorio sus-
spectum dilapidationis factum, & forsan callidè Imperatorem
Honorio subrepisse in caput Episcopi. Quod mihi non sit ve-
risimile, & nimis longè petita conjectura est. Cæterū Ponti-
Episcopo di- fex ut occurreret suspecto, Coadjutorem ei adhibere jubet, admi-
lapidatori nistratione interdictā, secundum can. Qui eā. q. can. 3. q. 2. Ad ex-
*Coad-*emplum suspecti tutoris. l. Eum quem. C. de susp. tut. Simile re-
jutor. scriptum exhibit Mattheus Paris, sub anno Christi 1231. Gregorii
Gregorii IX. ad Abbatem Montis Belli, quo si à visitatoribus Abbas non
decretalis exemptus nimis negligens & remissus inventus fuerit à Diœcesano
bac dере. Coadjutor ei datur, usque ad proximum capitulum generale:
Quod si dilapidationis reus convictus fuerit, Abbatia pellitur per
Diœcesanum, dato interim administratore, qui temporalium cu-
ram gerat, donec de alio Abbatे prospectum fuerit, quod &
fancitum antea ab Honorio III, cap. ult. de Statu Monach.

C A P. XVII.

Ad cap. 3. de Officio Legati.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------------------|--|
| 1. De Legatis Pontificis ubi dixi. | 7. Conjectum quid? |
| 2. τονοτηραј qui? | 8. De sumtibus in missos facien-
dis. |
| 3. Dicti etiam legati. | 9. De tractoriis Romanorum. |
| 4. Literæ tractorie. | 10. Capituli nostri hypothesis. |
| 5. Formulae tractoriarum. | |
| 6. Tractorie Imperat. | |

*De legatis
Pontificis u-
bi dixi.*

*τονοτηραј
ται qui.*

*Dicti etiam
Legati.*

*Literæ tra-
ctoriae.*

DE Legatis Pontificis, eorumque differentiâ diximus seme-
strum primo, Ecloga 2.c.13. Hoc insuper adjiciamus, Dadi-
num, cum Legatorum triplex genus fecisset, hos, qui vices
apostolicas in certâ suscipiunt provinciâ eosdem esse το-
νοτηραј, idq; auctoritate Balsamonis in synodo Carthaginensi,
affirmare. Quod secus habet. Τονοτηραј dicebantur in syno-
dis clerici, qui locos tuebantur & occupabant eorum, qui non po-
terant in synodus venire. Dicebantur sanè & hi Legati seu vi-
carii, sed Episcoporum absentium, quorum locum tenebant lite-
ris tractoriis exhibitis. Literas autem tractorias vocabat ætas
illarum.

illa, quibus Episcopi committebant vices suas iis, quos ad synodos mittebant. Docet id formula inter editas cum operibus *Formule Hincmari & in calce Tomi II. conciliorum Galliae, numero XI. tractoriarum.* quæ sic habet: *Anno ab incarnatione Domini 868 convenientibus ap. Curistacum in Ecclesia pro examinatione Willeberti Presbyteri, qui futurus erat Catalaunensis Episcopus, Hincmaro Laudunensem Episcopo, Hodone Belgivacorum Episcopo, cum Legatis Hrotadi, Erpoini, Hilmeradi, Raginelei, & Johannis & ejusdem diœcesis Coepiscoporum, vicem corundem Patrum suorum cum tractoriis, sicut regulæ precipiunt, exhibentibus & quamplurimis Abbatibus, canonicis, Monachis, Presbyteris, Diaconibus atq; Subdiaconibus.* Idem patet ex formulâ XIV, quæ continet tractoriam, quam Prudentius Tricassium Episcopus per vicarium suum mittit ad celebrandam electionem Episcopi Parisiensis. Vide P. de Marcâ lib. 6. c. 3. Erant ergo tractoriæ epistolæ ab Episcopis privatim scriptæ, quibus excusant, dum concilio adesse non poterant, canone concilii Africani 76. Aliæ erant tractoriæ quarum beneficio suscipiebantur Missi dominici & conjectum accipiebant, id est, pensitationem *Tractoriæ Imperator.* & tributum, quod ab iis haut dubiè exigebatur, quorum causâ Legati *Conjectum* mittebantur. In tractoriis porrò adnotari solebat, quantum *quid.* cuique misslo pro ejus conditione suppeditari oporteret. Habetur inter capitulares libro IV. caput 73. cuius lemma est: *De dispensa missorum dominicorum:* Ita habet: *De dispensâ Missorum De sumtib⁹ nostrorum, qualiter unicuiq; id est, propter conjugem ac domum ejus in Missos custodiendam juxta suam qualitatem dandum vel accipendum sit. faciendis.* Videlicet Episcopo panes XI. frisingæ III. de potu modii tres, porcellus unus, pulli III. ova XV. annona ad caballos modii quatuor. Abbatii, Comiti atq; ministeriali nostro unicuiq; dentur quotidie panes triginta, frisingæ duæ, de potu modii duo, porcellus unus, pulli tres, ova XV. annona ad caballos modii tres. Vassallo nostro panes X. & VII. frisinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova X. annona ad caballos modii duo. Aliam formulam vide *De tractoriis* apud Marculfum lib. 1. c. XI. De tractoriis, quæ Romanis in riis Romanis usu, vide Codicem utrumque juris tit. de tractoriis & stativis, & in Capituli tit. Cod. Justin. Cujacium τετραγύννου. Cæterum in hoc capitulo nostri hypothesis.

graviter stomachatur Innocentius & severè interpellat Legatum suum à latere, quod motu proprio ausus fuisset Trojanum Episcopum de Trojanâ Ecclesia ad Messanam metropolim transferre, & Ecclesiam Panormitanam subjicere Messanæ, concessò illi jure primatus. Non enim hoc potest Legatus à latere sine Episcopali mandato sedis Apostolicæ. Est enim de reservatis. can. mutationes. can. Episcopus. caus. 7. q. 1.

CAP. XVIII.

Ad cap. V. & VI. de officio Legati.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------------------|----------------------------------|
| 1. Canonici Eccles. Tranensis eli- | 4. Ecclesia S. Trudonis. |
| gunt Archiepisc. | |
| 2. Oppidum Tranum. | 5. Eucherius Aurelian. episcopus |
| 3. Episcopus Prænestinus. | ubi sepultus. |

*Canonici
Eccles. Tran-
ensis, eli-
gunt Ar-
chiepisc.
Tranum,
urbs.*

Canonici Tranensis Ecclesiæ elegerunt in Archiepiscopum Abbatis Cassinensis. Fratrem. Ita enim omnino legendum esse textus confirmat, et si aliter videtur Alteserræ & Correctoribus Gregorianis. Verba textus: *Litteras quoq;
suas nobis pro fratre dicti Cas. Abbatis deprecatorias destinavit: Tra-
num, Trani, urbs Archiepiscopalis Apuliæ Peucetiaæ maritimaæ.* Vide Cluverium Italæ antiquæ lib. 4. c. XI. pag. 1211. Portuensis Episcopus, tum Legatus in illis partibus electionem examinavit.

*Episcopus
Prænestinus.
Ecclesia S.
Trudonis.*

In c. 6. à Prænestino Episcopo, qui est unus è sex Cardinalibus Episcopis Romano Pontifici immediate subjectis; Onuph. Panv. de Episcop. Titulis & Diaconis Cardinalium. Ecclesia S. Trudonis collata est R. Canonico Metensi. Istud Trudonis monasterium est in Hasbaniâ tractu Leodiensis diœcesis, Benedictinæ familiae, vulgo S. Tron, ibi quiescit S. Trudo, cuius festum agitur 23. Novembbris. Sed & Eucherius Aurelianensis Episcopus, ut habetur in can. quia juxta. 59. caus. 16. q. 1. Prænestinus itaque Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in Galliâ contulit Ecclesiam

S. Tru-

*Eucherius
Aurelian.
episcopus
ubi sepultus*